1 quod] Y que Y². — 2 incip.: ibit circa labia flum. A Y³; nature Y²; nescat Y; litore Y. — 3 natare] om. A. — 5 nature Y²³; ad] Y om. Y²³; dei] Y²³ om. Y; uinius intellectuales altum fl. altum diuitiae sap. et uirtutes A. — 6 ascendere] A Y³ desc. YY². — 8 non] Y² om. Y. — 10 mechie Y; detractiones YY³; cupiditas Y. — 11 est enim Y; omnis creaturas Y³. — 14 -erit ... -erit Y. — 15 extentum Y. — 16 extend& Y²; euasit] Y efacit Y². — 17 tecla Y; saluabit Y². — 18 iudit] add. & Y²; olophorne in dex. Y². — 19 paiora Y².

XVIII. DE UULPE

UULPIS dolosum animal est omnimodo, et dolos parat. ²Si esurierit et non inuenierit quod manducet, requirit ubi est scyssura terre et palearum, ³et proicit se supina, sursum respiciens, et adducit flatos suos infra se: expanditur omnino. ⁴Et putant uolatilia quoniam mortua est; ⁵descendunt super eam ut manducent eam, et rapit ea, et extenderat, et mala morte uolatilia ipsa moriuntur.

⁶Et diabolus omnino mortuus est, et actus operi eius: ⁷qui uult communicare carnium eius, morietur; ⁸etenim carnes eius sunt fornicationes, cupiditates, uoluptates, aduersantes seculi [cf. Matt. 15. 19]. ⁹Ex hoc et Herodes similatus est uulpi [cf. Luc. 13. 32]; ¹⁰et scriba, audiens autem saluatorem: Uulpes (inquit) foueas habent [Matt. 8. 20, Luc. 9. 58]. ¹¹Et in canticis cantorum: Capite nobis uulpes pusillas, exterminantes uineas [Cant. 2. 15]. ¹²Et Dauid in psalmo LXII: Partes uulpium erunt [Ps. 63. 9]. Bene ergo Phisologus dicit de uulpe.

Codd.: Y Y². Trans. alt.: B Y³ etc.

1 uulpes *Y²*. — 2 scyssure *Y fissura Y²*. — 3 suspiciens *Y*; flatus *Y*. — 5 extenterat *Y*; moriunt *Y*. — 10 saluatore *Y*. — 11 uineas / 20. 33 obediens] deest fol. *Y²*.

XIX. DE ARBORE PERIDEXION ET COLUMBIS

Est arbor que dicitur peridexion, inuenitur in India. ²Fructus autem arboris illius dulcis est totus ualde, et suavis. ³Columbe autem delectantur in fructu arboris illius: habitant autem in ea pascentes fructu eius. ⁴Inimicus est autem dracho columbis, timet autem arborem illam et umbram eius, in qua columbe demorantur: ⁵et non potest draco adpropiare columbis neque umbra eius. ⁶Si enim umbra arboris uenerit ad occidentem, fugit draco ad orientem; ⁷si iterum uenerit umbra eius ad orientem, fugit ad occidentem. ⁸Si autem fiet ut columba inueniatur foris arborem aut umbram eius, ⁹et inuenierit eam draco, occidit eam.

¹⁰Arborem patrem omnium dicit, umbram autem in filium Christum; ¹¹sicut dixit Gabrihel ad Mariam: Ne timeas, Maria, spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi [Luc. 1. 30, 35]. ¹²Fructum autem celestem sapientiam dixit, columbam

autem in spiritum sanctum dixit; ¹³uide ergo, o homo, ne postquam acceperis spiritum sanctum (hoc est spiritalem columbam intellegibilem, de celo descendenter et manentem super te), ¹⁴ne fias foris a deitate, alienus a patre et filio et spiritu sancto, et draco te interimat (hoc est diabulus). ¹⁵Non potest enim draco adpropiare ad arborem, neque ad umbram, neque ad fructum arboris: et tu, si habeas spiritum sanctum, non potest tibi draco adpropinquare (hoc est diabulus). ¹⁶Bene ergo de arbore et fructu et umbra eius diximus.

Codd.: Y — Y³ AEE²⁴ H(3.39).

1 inc. haec arbor inuen. *A*; in indiae partibus *EY³*. — 2 illius] *YY³* huius *AE²⁴*; totus dulcis est *YY³*. — 3 delectant *AE²*; habitant autem] *AY³* hab. enim *Y*; pasc.] + et de *Y*; eius] + accipientes *Y*. — 4 in qua] *YY³* ubi *AE²⁴H*. — 5 et] *AE²Y³* in arbore *Y*; draco]+ascendere uel *Y*; adpropriare *Y*; columbis] *Y*-ae *Y³* arbori *AE²⁴H*; eius] *AE²⁴HY³* arboris *Y*. — 6 fugiet *Y*. — 6/7 ad] *AE²⁴Y³* in *Y*. — 7 iterum] *AY³* autem *Y om. E⁴*; fugiet draco in occ. *Y*. — 8 fiet] *AY fiat Y³* euenit *E²*; foris ab arbore uel umbra *Y*. — 10 pat. omnipotentem dicit *A*; dixit *Y*; autem in] *Y om. AE²Y³*; christum] *Y om. AE²Y³*. — 11 sanctus] *AE²Y³* domini *Y*; superueniet] *A* ueniet super *Y³* adueniet *Y*; obumbrabit] *E²Y³* -auit *AY*. — 12 autem in] *Y om. AE²Y³*; dixit] *Y om. AE²Y³*. — 13 ne] + quando *Y*; acceperis] *AE²⁴Y³* accip. *Y*; intell.] + columbam *Y*; descend.] *AE²Y³* uenientem *Y*; te] + uide *Y*. — 14 ne *YY³ om. AE²*; deitate] *YY³* eter-nitate *AE²* + et *Y*; hoc est] *AE²Y³ om. Y*. — 15 habeas] + caelestem *AY³*; draco] + draco *Y*; adpropriare *AY³*. — 16 *Y*.

XX. DE ELEPHANTO

EST animal qui dicitur elephans. ²In eo non est concupiscentiae coitus. Aliud autem est tragelaphus. ³Si autem uoluerit filios facere, uadit in orientem prope paradysum; ⁴est autem ibi arbor que dicitur mandracora; ⁵et uadit ibi cum femina sua, que prior accipit de arbore, et tradit uiro suo, et seducit eum, donec manduceat. ⁶Et cum manducauerit masculus, statim femina in utero concipiet. ⁷Et si tempus aduenerit ut pariat, ⁸exit in stagnum aque; et ipsa aqua uenit usque ad ubera eius (hoc est feminine), et demittit partum suum (hoc est filium); ⁹dimittит eum in aquis, et natat pullus quia natus est; ¹⁰et uenit in femora eius, et de ubera matris sue nutritetur. ¹¹Elephans autem custodit eam parientem, propter serpentem, quia inimicus est serpens elephanto. ¹²Si autem inuenerit serpentem, occidit eum et conculeat, donec moriatur.

¹³Hec est natura eius: si autem ceciderit, non potest surgere.

Quomodo cadit, cum in arborem se reclinat? ¹⁴Non enim habet coniuncturas geniculorum ut obdormiat, si uellit; ¹⁵uenator autem, qui eum uellit uenari, incidit arborem, modico minus, ubi reclinare consuescit; ¹⁶ut dum uenerit et sese reclinauerit elephans, cadat arbor et animal cum eadem ipsa, et simul cadent. ¹⁷Clamat autem elephans: statim inde exit magnus elephans, et non potest eum leuare; ¹⁸iterum clamant ambo, et ueniunt alii duodecim elephanti, et non possunt nec ipsi leuare eum qui cecidit; ¹⁹deinde clamitant iterum omnes, et statim uenit pusillus elephans, et mittit os suum promuscidem subtus illum magnum, et eleuat illum. ²⁰Habet autem pusillus elephans naturaliter, ut, ubi incensum fuerit de capillis eius uel de ossibus, neque draco neque aliquid malum ibi accidit.

²¹Magnus ergo elephans et mulier eius personam accipiunt Ade et Eue. ²²Cum autem essent in uirtute (hoc est placentes domino), ante suam preuaricationem, non sciebant coitum, neque intellectum mixtionis sue carnis habuerunt; ²³quando autem mulier manducauit de ligno (hoc est intellegibilem mandracoram), deinde dedit uiro suo, pregnans malorum facta est; propter quod exierunt de paradysco. ²⁴Quamdui autem fuerunt in paradysco, non eam cognouit Adam: ²⁵hoc manifestum est, quia ita scriptum est: Et postquam electi sunt Adam et Eua de paradysco, ²⁶tunc cognouit Adam mulierem suam, et concipiens peperit Cain [cf. Gen. 4. 1] super uituperabiles aquas: ²⁷sicut Dauid dixit: Salua me, quoniam introierim aquae usque ad animam meam [Ps. 69. 1]. ²⁸Statim draco subuertit eos, et alienos eos fecit a uirtute (hoc est non placendo deo). ²⁹Et clamant uociferantes ad dominum, et uenit magnus elephans (hoc est lex), et non eum leuauit: quomodo nec sacerdos eum qui incidit in latrones [cf. Luc. 10. 30]. ³⁰Neque duodecim elephanti eleuaerunt eum (hoc est prophetarum chorus), quomodo nec leuites, qui a latronibus erat uulneratus; ³¹sed sanctus intellegibilis elephans (hoc est dominus Ihesus Christus): ³²et cum omnium maior sit, omnium pusillus factus est: ³³Humiliauit enim se, factus obediens usque ad mortem [Phil. 2. 8], ³⁴ut hominem eleuaret, intellegibilis Samarianus, qui imposuit nos super iumentum suum (hoc est super suum corpus): ³⁵Ipse (enim) tulit infirmitates nostras, et inbecillitates nostras baiolauit [Esai. 53. 4]. ³⁶Interpretatur autem hic Samarianus hebreice custos; de quo dicit Dauid in psalmo CXIII: Custodiens paruulos dominus [Ps. 113. 7]. ³⁷Ubi enim dominus meus

presens est, neque draco neque mali aliquid appropriare poterit.
³⁸Bene ergo Phisiologus de elephanto dixit.

Codd.: YY³—AE²(fol. 39^r) E⁴. Fragm.: F(20.49).

2 eo] Y quo AE²⁴; aliud ... trag-] Y om. AE²⁴Y³. — 3 ad] E⁴YY³ in AE². — 4 dicitur] Y uocatur AE²⁴Y³. — 5 ibi] om. AE²⁴; tradidit maseulo AY³ dat maseulo E²⁴. — 6 et ... masc-] Y om. AE²; concipit AE²⁴. — 7 cum tem- ut paruerit A cum uero pariendi tem- uenerit E²⁴. — 8 exiit Y; aque] om. AE²⁴; ipsa uenit aqua Y. — 8/11 ad ubera matris elephans autem AE²⁴. — 11 parturientem AE²⁴; propter ser-] om. AE²⁴; draco inimicus est elephanti AE²⁴. — 12 eam Y. — 13 est] AE²⁴ om. Y; quo- autem ceciderit quando in arb- A autem cum in E²⁴. — 14 ut dorm- si uelit A om. E²⁴. — 15 uult A om. E²; modicum ut si uen- A modicum ut eleph- cum se incl- E² et incl- se A; ibi Y. — 16 animal] Y elifans A; cum eo cadens autem clamat AE²⁴ add. flens A fortiter E²⁴. — 17 inde] om. AE²; exiit Y. — 18 alii] om. AE²⁴; elephantes AE²⁴; possunt eum leuare AE². — 19 clamant omnes AE²; ueniet Y; promus-] AE² om. Y. — 20 autem] add. et Y; elephans] add. hoc A hanc E²; ut] om. AE²; ossibus eius neque aliquid mali AE²; accedit Y. — 21 ergo] Y om. AE²; eua Y. — 22 uirtute] Y carne AE²⁴Y³; suam] Y ipsorum AE²; neque intelligentiam (add. peccati EE⁴) habuerunt (habebant EE²⁴) AE²⁴. — 23 mandragoram AE²; dedit] add. et Y; malorum] Y om. AE²; quod] add. et Y. — 24 quamdiu] AE²⁴ quando Y; cognouit eam AE²⁴. — 25 quia ... et] AE² de his que scriptum sunt quoniam Y; postquam ... tunc] Y om. AE². — 27 me fac deus quoniam intrauerunt aquae A om. E². — 28 et statim A; a uirtute] Y ab arce sua AE⁴ ab are sua E² (pro carne?); deo] Y dominum A -no E². — 29 et ... dominum] Y tunc E²⁴ om. A. — 30 elephantes AE²; leuita AE²; erat] Y fuerat A. — 31 sanctus] Y om. AE². — 33 usque etc.] YY² fol. 178^r. — 34 hoc ... corpus] YY² om. AE²⁴. — 35 baiolauit] YY² portauit AE². — 36 custos YY²; CXIII] YY² om. AE². — 37 enim] YY² autem E² om. A add. est E²; opprop. Y. — 38 YY² om. AE²; phisiologus Y.

XXI. DE DORCHON

EST animal in monte qui dicitur dorchon grece, caprea latine. ²Amat satis excelsos montes, escam autem inuenit in humilia montium. ³Et uidet de longe omnes qui ueniant ad eam, ⁴et cognoscit si cum dolo ueniant, uel cum amicitia.

⁵Habet autem caprea sapientiam dei: prophetas amat, hoc est montes excelsos, in quibus oculos suos leuauit propheta: Leuaui (inquit) oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi [Ps. 120. 1]. ⁶Et Salomon in canticis canticorum dixit de dorchon (hoc est de caprea): Ecce fratuelis meus saliens super montes, transiliens supra colles [Cant. 2. 9]. ⁷Hoc autem dorchon salit super prophetas, transiliens super colles (hoc est apostolos). ⁸Acute autem uisionis

est dorchon, significans quoniam saluator uidet omnia que aguntur; ⁹deus autem uocatur propter quod omnia uidet, et de longe, ad eum uenientes cum dolo; cognouit autem uenientem Iudam osculo eum tradentem [cf. Luc. 22. 48]; ¹⁰et iterum scriptum est: Cognouit dominus qui sunt eius [II Tim. 2. 19]; ¹¹et Iohannes dixit: Ecce agnus dei, ecce qui *aufert peccata mundi* [Ioh. 1. 29].

Codd.: Y Y² Y³.

3 longe] *add.* quoniam YY². — 4 si] *Y sic Y²*. — 5 habet] *Y haec Y²*; *sap. dei edit. om.* *Y ad Y²*. — 6 fratuelis *Y*. — 7 transili& *Y²*. — 8 uidit *Y²*. — 11 auferit *Y²*.

XXII. DE ACHATE LAPIDE

EST lapis qui uocatur achates: artifices autem margaritas inquirentes per hunc lapidem achaten inueniunt; ²alligant autem achaten lapidem funiculo firmissimo urinatores, et summittunt in mare; ³et ueniens achates lapis usque ad margaritam, stat et non mouetur; ⁴statim urinatores assequentes funiculum inueniunt margaritam.

Codd.: Y Y² — A Y³ E²H(3.57).

agate semper Y². — 1 *incip.* artif. enim *A*; *qui] Y² que Y*; *autem] YY² enim qui A*; *inquirunt A quaerunt E²H*; *hunc] YY² om.* *AE²H*; *acaten Y agathen E²H add.* *seu achaten H*. — 2 *autem] YY² enim AH*; *ad funiculum AH*; *fortissimum A*. — 3 *stat] Y fiat Y²*; *stat ... mouetur] YY² om.* *AE²HY³*.

XXIII. DE LAPIDE SOSTOROS ET MARGARITA

QUOMODO autem nascitur margarita pronuntiabo: est lapis in mari qui uocatur sostoros; et uenit a mari matutino ante lucanum; ²et aperit conchas (id est os suum), et degluttit celestem rorem, et radium solis et lune et que sursum sunt siderum; ³et sic nascitur margarita de superioribus astris.

⁴Sic autem hic nunc achates lapis, ut Iohannes ipse enim ostendit nobis, intellegibilem margaritam Ihesum Christum dominum nostrum, ⁵dicens: Ecce agnus dei, ecce qui *aufert peccata mundi* [Ioh. 1. 29]. ⁶Mare autem de saeculo dixit, urinatores autem qui sursum ferunt margaritam chorum sanctorum doctorum; ⁷peccatores autem deorsum ferunt eam, propter suam malitiam, quantum aduersus ipsos est; ⁸medio autem conche uel duarum alarum (hoc est inuenitur intellegibiliter), et dominus meus saluator (hoc est in medio ueteris nouique testamenti) a superioribus habens escam. ⁹Dixit

autem dominus meus quia: Regnum meum non est de *hoc mundo* [Ioh. 18. 36], sed a sempiterno patre et sanctarum eius uirtutum.
¹⁰Bene ergo Phisiologus dixit de achate et margarita.

Codd.: YY²—AY³E²H(3.57).

tit. post pronuntiabo]Y; et] add. de YY².—1 adnunt. YY²; in mari] YY² uel piscis E²H; sostoros] YY²sostorus Ypoterus AE².—2 concas YY² om. AE²H; id est] YY² om. AE²H; rorem] A rōs YY²; lune et] YY² om. AE²H.—3 superibus Y.—4 hic] YY² om. AE²H; ut] YY² om. AE²H; intellegebilem Y.—5 dei ecce] AH dei YY²; aufert] Y-it YY² tollit AH; peccatum Y.—6 de s. dixit] YY² praesens saeculum H add. designat H dixerim A; autem] YY² illorum H; qui sursum] Y deorsum YY².—7 suam] YY² eorum A; ipsius A.—8 conce YY² cone A; hoc est] YY² in his A; intell. ... dominus] YY²; nouique] Y-que noui YY² et noui A add. quae Y; habens] AYY² habet Y.—9 autem] YY² enim A; meus] YY² om. A; de] AY in YY²; isto saeculo A; et sanct. ... marg.] YY² om. A.

XXIV. DE LAPIDE ADAMANTINO

EST altera natura adamantini lapidis: neque ferrum timet, nec odorem fumi recipit; ²si autem inuentus fuerit in domo, neque demonium ibi appropiat, neque aliquid mali; ³in domibus regum inuenitur. ⁴Qui autem tenuerit eum, uincit omnem hominem et bestiam.

⁵Lapis adamantinus est dominus meus: ⁶si habueris eum, nihil tibi mali occurrit.

Codd.: YY²—AY³.

1 est alia n. adamantino lapides YY² adamans lapis est qui nec A; nec ... domo] AY³ om. YY²; accipit Y³.—2 aliquod malum A.—3 domibus] add. enim A.—4 uincet A.—5 lapis] A om. YY²³; adamans Y³; meus] Iesus Christus A.—6 si] add. quis eum A; habuerit AY²; mali eis eueniet A.

XXV. DE ALIA NATURA ONAGRI ET SIMII

EST alia natura onagri (dixit sapiens) quoniam in regalibus domibus inuenitur: ²in quinta et uigesima Famenoth mensis cognoscunt ab onagro quoniam equitas dierum fiet: ³si autem clamauerit duodecies, cognoscit rex et palatium quoniam equitas diei fiet (ysemaria dixit grece). ⁴Et simius, si septies mingat, ysemeria fit.

⁵Onager est diabulus, quoniam nox (hoc est populus ex gentibus) aequalis factus est diei: ⁶credentium prophetarum, clamauit onager (diabulus). ⁷Et simius, hoc ipsam diabuli personam accepit: habuit

autem initium, finem autem non habet (hoc est caudam); ⁸in principio autem fuit unus ex archangelis, finis autem eius nec inuenitur. ⁹Beneque simius, non habens caudam, sine specie enim est; et turpe infimio, non habentem caudam; ¹⁰sicut et diabulus, non habet finem bonum. ¹¹Bene ergo Phisiologus dixit.

Codd.: Y Y². Trans. alt.: B Y³.

simi *Y*. — 2 uicensima *Y* uincensima *Y²*; famenoht *Y*. — 4 si] *Y om.* *Y²*. — 9 turbe in simio *Y²*.

XXVI. DE LAPIDE INDICO

EST lapis qui uocatur sindicus, hanc habens naturam: ²si homo aliquis ydropicus fuerit, artifices medicorum inquirunt lapidem. ³Si autem inuenient eum, alligant ydropico horis tribus, et exiet ab eo omnis feditas, conibens in seipsum lapis; ⁴et cum soluerint eundem lapidem ydropico, expendunt lapidem cum homine; ⁵et modicus lapis adducit corpus hominis in statera, hoc est in pondere. ⁶Si autem dimittatur lapis in sole horis tribus, fedissimam aquam quam tulit de corpore ydropici effundit foras, et fit lapis mundus iterum sicut erat.

⁷Lapis est dominus noster Ihesus Christus. ⁸Quoniam ydropici fuimus, habentes aquas diabuli in corde, descendens ligatus est lapis saluatoris, circa cor nostrum caritas eius; ⁹surgens autem a mortuis, omnem intellegibilem infirmitatem anime nostre sustulit: ¹⁰Et infirmitates nostras ipse baiulauit [Matt. 8. 17].

Codd.: Y Y² — A Y³.

de lapide indicu] *edit.* de lap- senditicos *Y* de l- senditichos *Y²*. — 1 est ... uocatur] *YY²* lapis *A*; sindicus] *A* senditichos *Y* -dit- *Y²*; habet *AY³*. — 2 fuerit art-] *YY² om.* *AY³*; medicorum] *add.* est ut *AY³*; inquirant *A*. — 3 feditas] *add.* atque *YY²*. — 4 lapidem] *add.* ab *Y²*; expendunt *Y* suspendunt *AY³* *add.* appendentes *YY²*. — 5 et modicus lapis] *A* modus lapidis *YY²*. — 6 dimittitur *A*; solis *Y*; fetidissimam *A*; tollit *AY³*; effund& *Y²* *add.* eam *Y²* autem *Y*; foris ut sit *A*. — 8 quoniam] *add.* autem *Y*; fumus *Y*; eius] *add.* et *Y*. — 9 a] *A* ex *YY²*.

XXVII. DE HERODION ID EST FULICE

EST uolatile qui uocatur herodius, de quo memoratus est Dauid, diceens: Herodion domus dux est eorum [Ps. 103. 17] (hoc est fulice, in psalmo CIII). ²Est autem hoc animal satis prudens pre omnibus

uolatilibus; ³non multos cubiles querens, sed ubi moratur, ibi et pascit, et reuertitur ibi et dormit; ⁴neque morticina manducat, neque uolat in multis locis: cubile eius et esca in uno loco sunt.

⁵O et tu, homo poliuomene, una tibi sit nutrix et sempiterna ecclesia catholica, ⁶ut spiritualis esca et celestis panis digestibilis fiat in te: ⁷noli querere multa loca alienae glorie (hoc est hereticorum).

Codd.: YY² — AY³.

1 est ... herodius] A om. YY²; herozion domus preest eis YY²; de quo ... dauid] YY² om. A; fulicae domus AY³; eorum] A eis YY²; hoc ... CIII] YY² om. A. — 2 autem] add. autem Y; hoc animal] YY² uolatile AY³; omnibus] AY³ multis YY². — 3 non multa copia A; moratur ubi et dormit AY³. — 4 locis] AY om. Y²; uno boca Y². — 5 o] YY² ita A; poliu.] Y² (Y) beneuole Y om. A. — 6 panis] add. uitiae A; in te] tibi A. — 7 quere se Y; quaerere alienam gloriam per multa loca hoc est per multa hereticorum A; loco Y.

XXVIII. DE PSYCOMORA

AMOS dixit: Non sum propheta *neque* filius prophete, sed pastor *caprarius* uellicans sycamina [Am. 7. 14]: pastor caprarum, et hyreos paseit. ²Bene Amos personam accepit Christi saluatoris. ³Quod autem dicitur sicamina uellicans: intellegibile est uerbum et spiritale est; ⁴Zacheus autem ascendit in sycomora [cf. Luc. 19. 4]. ⁵Quod autem dixit psycamina uellicans, uel et cauans sanctis: quoniam priusquam scauatus sycaminas. ⁶Sunt intra ipsum conopes, hoc est intra eum in tenebris habitantes, lumen non uidentes, ⁷in seipsos dicentes: In magna regione habitamus, in tenebris autem sunt sedentes [cf. Matt. 4. 16]. ⁸Cum autem aperietur sycaminus ferro, et exierint inde, uident lucorem solis fulgentis, et lune et siderum, ⁹et dicent: Nos in tenebris fuimus sedentes in umbra [cf. Esai. 9. 2, Matt. 4. 16] — ¹⁰de his et Esaias dicens: Ut educat de *uinculis* uinctos, et de domo careeris *habitantes* in tenebris [Esai. 42. 7], ¹¹uellicans primo die, tertio autem die parabitur fructus maturus, et esca fiet hominum.

¹²Compuncta est costa saluatoris mei, hoc est aperta est in lancea et ferro; et exiit sanguis et aqua. ¹³Tertia autem die surgens a mortuis, uidimus intellegibilia luminaria et spiritalia: ¹⁴sicut et scyniphas (hoc est culices), aperientes psycamina, uiderunt lumina in mortalibus. ¹⁵Hedi personam accipiunt penitendum: etenim capilli eorum in sacco uertuntur, et: In cinerem penitentiam agunt

in eis [Matt. 11. 21, Luc. 10. 13].¹⁶ Populus qui sedebat in tenebris lumen uidit magnum, et qui erant in umbra mortis lux orta est eis [Matt. 4. 16, Esai. 9. 2].¹⁷ Adaperto autem psycamino, tertio autem die esca fiet:¹⁸ percussus autem dominus noster, et tertia die resurgens ex mortuis, esca et uita omnium nostrorum factus est.

Codd.: Y² Y (§§1–11).

1 pastor cap- et hyrcos] *Y om. Y².* — 4 est zacheis *Y².* — 6 intra] *Y²* in terra *Y.* — 8 uideſ luxorem *Y².* — 9 tenebre fugimus *Y².* — 10 esaias] *add.* ceemit *Y* cecunt *Y²*; uinetas *Y².* — 11 maturus / 29.4 animal] *deest fol. Y.* — 12 compuncta *Y².*

XXIX. DE PANTHERE

PROPHETA dicit: Factus sum *sicut leo domui* Iuda, et *sicut panthera* domui Effraim [Os. 5. 14].² Panther hanc naturam habet: omnium animalium amicus est, inimicus autem draconi; omnimodo uarius est *sicut tunica* Ioseph [cf. Gen. 37. 3], et speciosus.³ Etenim dixit Dauid in XLIII psalmo: Adstitit regina a dextris tuis in uestimento deaurato opera uarietate [Ps. 44. 10].⁴ Panther quietum animal est, et mitissimum nimis. Si autem manducauerit, et satiatuſ fuerit, illico dormit in fouea, et tertio die surget a somno (sic et saluator noster).⁵ Panther autem, si surrexerit de somno tertio die, exclamat uoce magna, et de uoce eius omnis odor bonus aromatum;⁶ et qui longe sunt et qui prope, audientes eius uocem, assequuntur bonum odorem uocis eius.

⁷Dominus noster et saluator surgens a mortuis omnibus bonus odor factus est nobis [cf. II Cor. 2. 15], his qui longe et qui prope, pax [cf. Eph. 2. 17];⁸ *sicut apostolus Paulus* dixit: Multifarie sapientie dei [cf. Eph. 3. 10], hoc est uirginitas, abstinentia, misericordia, fides, caritas, unianimitas, pax, gaudium, longanimitas [cf. Gal. 5. 22].⁹ Omni amore uaria est celestis sapientia dei Christi; bene de panthere dictum est, quoniam inimicus est draconi in aqua.¹⁰ Nihil ergo sine intentione intellectus de uolatilibus et animalibus diuine scripturae dixerunt; ¹¹quoniam ait apostolus de satanan: Non enim eius *uersutias* ignoramus [II Cor. 2. 11], ambulat omni uia non bona [cf. Hier. 1. 23, 6. 16].

Codd.: Y Y² — A Y³.

de leone et pantera *Y².* — 1/4 propheta ... animal] *om. Y.* — 1 dixit *Y².* — 3 dicit *A*; dauid ... psalmo] *A om. Y²³*; uestiu *A Y³*; saturatus *YY³.* — 4 surrexit

a som- *A*; *tertia* *Y²³*. — ⁵uocem *Y*; et de uoce eius] *AY³ om. YY²*. — 5 panter *Y*. — 6 et qui longe] *A* qui longe *YY²³*; uocis eius] *YY² om. AY³*. — 8 abstinentia ... longan-] *YY² om. AY³*; unianimitas] *Y²* humanitas *Y*. — 9 sapientiae *Y*; pantera *Y²* pantere *Y*. — 11 ambulat] *add. enim Y²*.

XXX. DE CETO ID EST ASPIDOCELEON

PHISIOLOGUS autem dixit de ceto quoddam, ²quod est in mari, nomine aspidocotheon uocatur, magnum nimis, simile insule, ³et plus quam harena grauis, figuram habens diabuli. ⁴Ignorantes autem naute, alligant ad eum naues sicut ad insulam, et anchoras et palos nauis configunt in eo; ⁵et accendunt super eum ignem ad coquendum sibi aliquid; ⁶si autem exaluerit cetus, urinat, descendens in profundum, et demergit omnes naues. — ⁷Sic et tu, o homo, si suspendas te et aligas te ipsum in spe diabuli, demergit te secum simul in gehennam ignis.

⁸Aliut naturale habet cetus: si autem esurierit, multum adaperit os suum, et omnis odor bonus per os eius procedit; ⁹odorantes autem pusilli pisciculi, secuntur eius odorem, et conponant se in ore magni ceti illius; ¹⁰cum autem impletum fuerit os eius, concludit os suum, et gluttit pusillos omnes illos pisciculos, hoc est modicos in fide. — ¹¹Maiores autem et perfectos pisces non inuenimus adpropiare ad cetum: consummati enim sunt perfecti; etenim Paulus apostolus dixit: Non enim eius *uersutias* ignoramus [II Cor. 2. 11]. ¹²Iob perfectissimus piscis est, Moises et reliqui alii prophete; Ioseph effugit cetum magnum, principis cocorum mulierem, sicut in Genesis scriptum est [*cf.* Gen. 39]; ¹³sicut et Theela Thamyridum, sicut Susanna duos senes Babylonicos iniquos; Hester et Iudit effugerunt Artaxersen et Olofernem; tres pueri Nabuchodonosor regem, magnum cetum; et Sarra filia Raguelis Nasmodeum (sicut in Tobia). Bene ergo Phisiologus dixit de aspidocotheon ceto magno.

Codd.: Y Y² Y³.

3 graui *Y*; figura *Y²*. — 4 palos nauium *Y³*. — 6 nauis *Y²*. — 7 aliges *Y²*. — 8 natura *Y*. — 9 pusillis *Y²*; eius secu. *Y²*. — 12 principes *Y²*; effugit *Y²*. — 13 teela *Y*; thamyrido *YY²*; nabuchodosor *Y*.

XXXI. DE PERDICE

HIEREMIAS dixit de perdice quoniam: Clamauit perdix, colligens que non peperit [Hier. 17. 11]. ²Perdix aliena oua calefacit laborans

et nutriend; ³si autem creuerint pulli, et uolare cooperint, ⁴unumquemque genus euolans fugit ad parentes proprios, et solam eam dimittunt.

⁵Sic et diabulus capit genus paruulorum; ⁶cum autem uenerint in mensuram aetatis, uenient ad Christum et ad ecclesiam, ⁷et fiet ille insipiens; ⁸hodie, si quis est in malis moribus, crastinum fiet ut sit sobrius; ⁹et fugisti diabulum, hoc est perdicem, et uenies ad parentes tuos iustos et prophetas et apostolos.

Codd.: Y Y² Y³.

1 colligit quod *Y³*. — 4 parentes] + suos *Y³*. — 5 sicut et *Y*. — 6 uenerunt *Y*. — 8 fiet] *Y²* fiat *Y*. — 9 apostulos *Y²* + bene de perdice saluator *Y³*.

XXXII. DE UULTURE

PHISIOLOGUS dixit de uulture quoniam in excelsis et in altis inuenientur locis; ²et dormit in excelsis petris et in pinnis templorum. ³Si autem pregnans fiat, uadit in Indiam, et accipit eutocium lapidem: lapis autem est sicut nix similis magnitudine; ⁴si autem uolueris eum agitare, uel alias capis interius eius mouetur, sieut tintinabulum, cum motus fuerit. ⁵Si, autem, comprehenderit partus uulturem ut pariat, sedit super lapidem hunc eutocium (qui dicitur), et parit sine dolore.

⁶Et tu, homo, si pregnans anima tua fuerit facta, et malis meroribus aduersarii diabuli, accipe intellegibilem lapidem interiorem eutocium. ⁷Exterior autem eius est theothoeos; ⁸Maria autem habuit interius spiritalem lapidem saluatorem nostrum: ⁹Lapidem enim quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in capud anguli [Ps. 117. 22]; et: *Percisus est lapis de monte sine manibus natus* [Dan. 2. 34], ¹⁰et inuolutus propter ueteres errores nostros in spem bonam. ¹¹Sed et crucifixus est propter redemptionem peccatorum nostrorum: tunc emundatur ab anima tua moechie, fornicationes, ebrietates, et cetera, et tunc celesti sermonem cyroforis; ¹²hoc est quod dixit Esaias: A timore tuo, domine, concepimus, et *peperimus* spiritum salutis tue quem fecisti *super* terram [Esai. 26. 18]. ¹³Etenim ueterem testamentum habuit in ministerio saluatorem; ¹⁴absconsus est enim saluator pseudo Hebreis, nobis ergo ap- pauit. ¹⁵Bene ergo de uulture et lapide dictum est.

¹⁶In quo lapide Dauid occidit Golia; ¹⁷in duobus lapidibus susti-

nentes Aaron, et hur manus Moysi, et fugaret Amalech. ¹⁸Uultur non unam habitationem neque cubilem habet; ¹⁹et nos ueterem idolatriam (hoc est idolorum culturam et multorum deorum sequebamur) cubile non habentes, ²⁰fidem in ecclesia unde et celestis paterna gratia apparuit; ²¹et tunc saluati sumus per Christum Ihesum.

Codd.: Y Y² Y³.

3 accepit *Y²*; eutocium] *edit.* eustochium *Y* eustochium *Y²*. — 4 motū *Y*. — 5 eustocium *YY²*; que *Y²*. — 6 eutocium] *edit.* eusthocium *Y* eustochium *Y²*. — 7 est eius *Y²*; theosthoecus *Y*. — 11 redemptione *Y*; aebri. *Y*; tunc] *Y²* cum *Y*; sermone *Y*. — 13 uetere *Y*. — 19 deorum] *Y om.* *Y²*; sequebantur *Y²*. — 21 salutati *Y²*.

XXXIII. DE MIRMICOLEON

IN Iob Elefas Temaneorum rex dixit de mirmicoleon: Periit eo quod non habeat escam [Hiob 4. 11]. ²Pater autem eius habet uultum leonis, et comedit carnes; ³mater uero uultum formice, legumina manducat. ⁴Si autem peperit mirmicoleonta, perit eum, duas naturas habentem: uultum leonis, anteriora et posteriora formiae; non potest manducare carnes propter naturam matris, neque legumina propter naturam patris; ⁵in perditio ergo uadit, propter quod non habeat escam.

⁶Sic est ergo et omnis: Uir duplex *corde, indispositus* in omnibus uiis suis [Iac. 1. 8]. ⁷Non oportet ergo gradere duabus uiis, ueconde, duplice, et manibus resolutis, et peccatori ingredienti duabus uiis; ⁸sicut in sapientia scriptum est: Sit *apud uos* est, est, non, non [Matt. 5. 37].

Codd.: Y Y².

de myr. *Y²* de mirmice *Y*. — 1 escam] *edit. om.* *YY²*. — 2 earnis *Y²*. — 4 perit] *Y* caparit *Y²*. — 7 uiis suae corde *Y²*. — 8 aput *Y*.

XXXIV. DE MUSTELA

LEX dicit: Non manducabis mustelam, neque ei similem [Leu. 11. 27, 29]. ²Mustela hanc naturam habet: semen masculi in os accipit, et, pregnans facta, auribus pariet. ³Si autem per aurem dexteram contigerit ut generit, masculus erit; ⁴si uero per sinistram, femina. ⁵Mala ergo ex auribus generantur.

⁶Sunt ergo et nunc manducantes spiritalem et celestem panem in

ecclesia; ⁷cum autem dimissi fuerint, proiciunt uerbum ex auditibus suis, et fiunt ut dicitur in psalmo LVII: ⁸Sicut aspidis surde et obturantis aures suas, que non exaudiet uocem incantantis, et uenefici que incantantur a sapiente [Ps. 57. 6].

Codd.: Y Y² Y³.

1 similis *Y*. — 2 accepit *Y*. — 3 generet *Y*. — 7 LVIII *Y*. — 8 surdo et obdurantes *Y*; exaudiunt *Y³*; incantantium *Y²*; ueneficiis incantantis sapienter *Y²*.

XXXV. DE MONOCERATON

MOYES de monoceraton in Deuteronomio dixit, benedicens Ioseph: *Primitiuus tauri species eius, cornua unicornui cornua eius* [Deut. 33. 17]. ²Monoceras, hoc est unicornis, hanc naturam habet: pusillum animal est, hedo similis, acerrimum nimis, unum cornum habet in medio capite. ³Non potest ei uenator appropriare, propter quod ualde fortissimum est. ⁴Quomodo ergo eum uenantur? uirginem castam proiciunt ante eum; ⁵exilit in sinum uirginis, et illa calefacit eum, et nutrit illud animal; ⁶et tollit in palatum regum.

⁷Unum cornum autem habet, propter quod dixit saluator: Ego et pater unum sumus [Ioh. 10. 30]. ⁸Suscitauit enim nobis cornu salutis, in domo Dauid pueri sui [Luc. 1. 69]; ⁹ueniens de caelo, uenit in utero uirginis Mariae: ¹⁰Dilectus sicut filius unicorniorum [Ps. 21. 23], sicut Dauid in psalmo.

Codd.: Y Y². Trans. alt.: B Y³.

2 animalem *Y²*; cornu *Y*. — 3 adpropinquare *Y²*. — 7 autem habet / 36.12 demus] *deest fol.* *Y*. — 10 unicornorum *Y²*.

XXXVI. DE CASTORE

EST animal quod dicitur castor, innocentissimum ualde et quietum. ²Uirilia autem eius in medicinam proficiunt; ³inuenitur in palatum regis. ⁴Uenator autem currens, ut eum consequatur in montibus, ⁵castor autem uidens uenatorem persequentem, se ore suo incidit uirilia sua, et dat uenatori proiciens. ⁶Si autem aliis uenator eum persecutus postea fuerit, proicit se supinum, et ostendit se uenatori; ⁷et uenator uidens se non habere uirilia, discedit ab eo.

⁸O et tu, qui uiriliter agis, politeuta dei, si dederis uenatori que ei

sunt, amplius non accedit ad te; ⁹hoc est si habueris concupiscentiam malam, cupiditatem, moechiam, furtum, excide haec a te, et da diabulo. ¹⁰Dixit ergo et apostolus: Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui honorem honorem, et cetera [Rom. 13. 7]. ¹¹Prius turpitudines peccatorum, que in nobis sunt, proiciamus diabulo, hoc est opera eius; ¹²et sic demus deo queque dei sunt, uota orationis, fructum bonorum operum nostrorum.

Codd.: Y². Fragm.: Y. Trans. alt.: B Y³.

5 persequente Y². — 6 subinum Y². — 8 accedit Y². — 10 cui tributu tr. cui honore hon. Y². — 12 deo ... nostrorum] YY²; orationes Y.

XXXVII. DE YENA HOC EST BELUA

LEX dixit: Non manducabis beluam neque similem ei [cf. Deut. 14. 8, Leu. 11. 27]. ²Est arenotelicon, hoc est masculo-femina; aliquando autem masculus fiet, aliquando uero femina: inmundum tamen est animal propter quod duas naturas habet; ³et ideo et Hieremias dixit: Numquid *spelunca beluae* hereditas mea mihi [Hier. 12. 9].

⁴Sic et omnis uir duplex animo belue comparatur: ad signum colligentis ergo aliquam masculorum habent exinde, hoc est animal; ⁵cum autem dimissa fuerit collecta, muliebrem naturam accipiunt. ⁶Bene dixit Phisiologus.

Codd.: Y Y².

ei] Y eius Y². — 2 arenotelicon] edit. corsnotelicon Y² arsnotelicon Y; maseel fi& Y². — 3 spelunca] add. ac Y².

XXXVIII. DE NILUO

Est animal quod dicitur niluuus, hoc est in flumine, figuram habens canis. ²Inimicus autem est corcodrilli; ³si autem uiderit corcodrillum dormientem, et apertum os eius, uadit niluuus et unguit se totum luto; ⁴et cum persicauerit lutum, insilit in ore corcodrilli, ⁵et omnia intestina eius et uiscera eicit.

⁶Sic est inintellegibilis infernus, rapiens omnem animam et mortificans: ⁷celestis autem noster saluator, accipiens terrenum corpus, descendit in infernum, ⁸donec raperet educens eos qui antea mortui

erant, secundum sanctas promissiones, ⁹et ut solueretur fortitudo et aculeus mortis.

Codd.: Y Y² Y³.

2 est autem *Y²*. — 3 inunguit *Y³* unguet *Y²*; totum] add. os eius *Y³*; luta *Y²*. — 5 intestina] *YY³* testimonia *Y²*. — 6 est] add. autem *Y²*. — 7 discidit *YY²*. — 8 antea] *Y* ante *Y³* a meta *Y²*; promissionis *Y²* om. *Y³*.

XXXIX. DE ECHINEMON

EST animal quod dicitur echinemon, inimicum autem draconi. ²Si autem inuenerit draconem, uadit contra eum et unguit se luto, ³et cooperiet nares suas de cauda sua, celans et inflans se, et sic astat contra draconem, donec eum interimat.

⁴Sic et saluator noster, accipiens ex terreni corporis substantiam, hoc est corpus quod accepit ex Maria, ⁵stetit donec occideret intelligibilem draconem Pharaonem, ⁶qui sedet super flumina Egypti, hoc est diabulum.

Codd.: Y Y² Y³.

1 echnemon *Y* om. *Y³*; inimicum] add. est *Y²*. — 2 inunguit *Y²*; lutum *Y²*. — 3 interimet *Y²*. — 4 externi *Y³* exterren *Y²*; substantia *Y*. — 5 occiderit *Y* ne- cauerit *Y³*. — 6 flumen *Y³*.

XL. DE CORNICOLA

HIEREMIAS propheta testatur quoniam: Sedisti sicut cornicola deserta [cf. Hier. 3. 2]. ²Phisiologus pronuntiauit quoniam unius uiri est; et si uir eius moriatur, non fit alio uiro, neque corpus uiri alie mulieri commiscetur.

³Sic ergo nunc deserta cornix sinagoga Iudeorum terrestris Hierusalem, que occidit uirum suum celestem, propter quod deserta est, non habens uirum Christum. ⁴Dixit enim apostolus de his qui ex gentibus crediderunt: *Statui* enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo [II Cor. 11. 2]. ⁵Habemus ergo nos uirum diuinum sermonem in animis nostris, ut non appropinquet alienus, et inueniamur spelunca latronum.

Codd.: Y Y².

1 hieremie prophete *Y²*. — 2 moriat *Y*; commissetur *Y*. — 3 conix *Y*. — 4 statuit *Y²*.

XL. DE TURTURE

DIXIT Salomon: Uox turturis audita est in terra nostra [Cant. 2. 12].
²Turtur sedet in desertis, hoc est in solitudinibus secedens; ³non amat in medio multorum esse.

⁴Et saluator noster demorabatur in monte Oliueti (dixit enim);
⁵assumens Ihesus Petrum, Iacobum, et Iohannem, ascendit in montem [cf. Marc. 3. 13]. ⁶Turtur secedere in silentio amat: sic et generosi christofori eligunt in secreto habitare; ⁷christofori dicuntur Christum induti, qui imitantur turturem dominum nostrum Christum.

Codd.: *Y Y² Y³*.

⁴ oliueti] add. *Matt. 3.17 d.* — ^{4/7} dixit enim ... dieuntur Christum] *YY²* et omnis in solitudine sicut turtur etenim qui *Y³*. — ⁷ turture *Y*.

XLII. DE HYRUNDINE

EZECHIAS rex dixit in Esaia propheta: Sicut *hyrundo*, ita clamabo, et sicut columba, sic meditabor [Esai. 38. 14, cf. 59. 11]. ²Et in Hieremia dicitur: Turtur et hyrundo et cyneonia custodierunt tempus *introitus* sui [Hier. 8. 7]. ³De hyrundine locutus est Phisiologus quoniam semel generat, et iam non.

⁴Et saluator meus natus est semel in utero; ⁵baiulatus est semel, crucifixus est semel, et surrexit a mortuis semel: Unus deus, una fides, unum baptisma [Eph. 4. 5].

Codd.: *Y Y² Y³*.

² introtus *Y*. — ⁵ et surr.] *Y* resurrexit *Y²*.

XLIII. DE CERUO

IN psalmo XLI dicit: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, deus [Ps. 41. 2]. ²Ceruus inimicus est draconi; draco autem fugit a ceruo in fissuras terre; et uadens ceruus, et ebibens, implet nasa sua fontem aque, et euomit in fissuram terre, ³et educit draconem, et conculcauit eum, et occidit eum.

⁴Sic et dominus noster interfecit draconem magnum diabolum ex celestibus aquis, ⁵quibus habebat sapientie inenarrabilis; non enim potest draco baiulare aquam, neque diabolus sermones celestes. ⁶Si

enim et tu habueris intellegibiles dracones absconsos in corde tuo, inuoca Christum ab euangeliis per orationes, et ipse occidet eum: ⁷Tu es enim templum dei, et spiritus dei *habitauit in te* [I Cor. 3. 16]. ⁸Capilli autem cerui, ubi apparuerint in domo, uel de ossibus incenderis, numquam draconem inuenies: ⁹uestigium dei et timor Christi si inueniantur in corde tuo, nullus spiritus inmundus introibit tibi.

Codd.: Y Y² Y³.

1 dixit Y. — 2 fisuras Y; fisuram Y. — 4 noster] Y² meus Y. — 9 inueniuntur Y.

XLIV. DE RANA

EST rana que dicitur cperseus, hoc est desiccano. ²Cersea rana per estatem estus non curat; si autem comprehendenterit eam pluua, morietur; ³alie autem rane aquatice que inter aquas sunt, si uiderint radios solis et calefacte fuerint, baptizant se in fonte.

⁴Hoc est generosi abstinentes, desiccano sunt. ⁵Non pertinet eis de quibus patienter in abstinentiis laborantes; si autem pluua eos comprehendat, moriuntur (hoc est seculi cupiditates); ⁶aquatice autem rane in eis, que non sufferunt abstinentiam. ⁷Et si ad diem abstinuerint, non baiulantes radium solis intellegibilis, inmittunt se iterum in ea ipsa priora desideria.

Codd.: Y Y².

1 cperseus] *edit.* censeus YY². — 2 pluuiam Y². — 3 radius Y radium Y². — 5 comprehendit Y²; cupitates Y.

XLV. DE SAURA ID EST SALAMANDRA

Est mirabile hoc in Danihelo de tribus fratribus: in camino ignis missi sunt, ut et hymnum dicerent deo [*cf.* Dan. 3]. ²Uere non mirum iusti enim fuerunt; ³et si mortuos suos suscitauerunt, neque magnum iustos montes transferri in mare [*cf.* I. Cor. 13. 2]. ⁴Phisiologus dixit de saura que dicitur salamandra, quoniam si introiuit in camino ignis uel fornace balnearum, omnis ignis extinguitur; talem naturam habet. ⁵Quanto melius, qui secundum iustitiam *extinguerunt uirtutem* ignis, obturauerunt ora leonum [Heb. 11. 33].

Codd.: Y Y².

de alia id est salamandra YY². — 3 suscitatae sunt Y². — 5 obdurauerunt Y².

XLVI. DE LAPIDE MAGNITEN

EST lapis qui dicitur magnis, suspendit ferrum, si adheserit ferro, hoc est si apponatur ferro. ²Si ergo creatura hee facit, quanto melius creator omnium et factor suspendit celum a terra, et extendit celum sicut pellem.

Codd.: Y Y² Y³.

1 magnus *Y*; adherens ei si ergo *Y³*. — 2 hec creatura *Y*; quantum *Y³*; suspendit ... ext. celum] *om. Y³*.

XLVII. DE LAPIDE ADAMANTINO

EST lapis adamantinus, in orientis partibus inuenietur, ²non in diebus solis fulgens, sed in noctibus inuenitur; ³adamantinus dicitur quia omnia domat, ipsum enim nemo potest domare.

⁴Dominus meus et saluator omnes iudicat, et non iudicatur ab aliquo. ⁵Et in Amos propheta dicit: Et uidi lapidem adamantinum [Am. 7. 7]. ⁶Et tu, si inuentus fueris in orientis partibus, maxime si uocatus fueris iustus, inreprehensibilis et pius, sicut Iob [cf. Hiob 1. 1], innocens, et cetera, a solis ortu.

Codd.: Y Y² Y³.

1 inuenitur *Y²*. — 2 non in die tamen *Y³*; inuenitur adamantinus] *Y³ om. YY²*. — 3 enim] *YY²* autem *Y³*; nemo] *YY³* non *Y²*. — 4 sic et salu. noster omnis iud. *Y³*. — 5 dicit] *add.* de illi *Y³*.

XLVIII. DE COLUMBIS

IOHANNES euangelista dicit: Uidi celum apertum, et spiritum dei sicut columbam uenientem super eum [Matt. 3. 16, Marc. 1. 10, Ioh. 1. 32]. ²De multis columbis locutus est Phisiologus; sunt pegmatistes columbe; ³multa enim sunt genera columbarum, et multis coloribus et uariis; est niger, cinericius, auri speciem habens, mellitus (hoc est fuscus), icotus, albus, rufus; ⁴si autem omnes columbas mittat ad pegmatistes neminem inducet, solus rufus inducet omnes et placat.

⁵Sic sanguis saluatoris mei induxit omnes in uitam eternam: ⁶non Moyses, quia legem dedit, non Esaias, non quisque prophetarum, sed ipse ueniens dei filius dominus Ihesus Christus saluauit nos suo sanguine sancto. ⁷Hoc ipsum extra ab fornicaria: propter coc-

cinum signum saluata est anima eius: Maria sortita accepit coccinum purpuram [cf. Apoc. 17. 4]. ⁸Et in canticis canticorum dixit: *Uestis coccinea labia tua, et loquella tua speciosa* [Cant. 4. 3]. ⁹Et in Matheo: *Clamidem coccineam induerunt eum* [Ioh. 19. 2].

Codd.: YY².

2 permatice YY². — 3 mellinus Y²; icotus] Y totus YY²; rufus] add. in Y. — 4 pegmanites Y pezmanites YY²; plagat Y. — 5 mei] Y nostri YY². — 8 restis YY².

XLIX. DE SAURA FLIACE HOC EST ANGUILLA SOLIS

Est qui uocatur saura eliace, hoc est anguilla solis. ²Cum senuerit, impeditur duobus oculis suis, et exceccatur, non uidens solis lumen. ³Quid faciet? ex bona sua natura inquirit parietem respicientem ad orientem, ⁴et intrat in fissuram parietis, uidens ad orientem, et oriente sole aperientur ei oculi, et noua efficitur.

⁵Sic et tu, o homo, si ergo ueteris hominis indumentum habes [Col. 3. 9, Eph. 4. 22], uide ne quando oculi cordis tui impediti fuerint, ⁶requiras intellegibilem orientem solem dominum Iesum Christum, cuius nomen uocatur oriens [cf. Zach. 3. 8, 6. 12, Luc. 1. 78] in propheta Hieremia. ⁷Et ipse est sol iustitie, sieut apostolus dicit [cf. Mal. 4. 2]; et aperiet tibi intellegibiles oculos cordis tui, et nouum per ueteris fiet tibi uestimentum.

Codd.: YY² Y³.

1 *inc.:* qui uocatur nouella cum sen. Y³. — 3 facit Y³; ex] Y²³; naturam Y. — 5 tu homo si uet. Y³; habens YY² habis Y³; cordis] om. Y³. — 6 requiras] edit. nequirat (?) Y³ quante YY²; intell.] add. faciunt YY²; oriente sole YY²; solum Y³; dominum] add. nostrum Y³; hieremie Y. — 6-7 oriens ipse adaperiet oculos Y³. — 7 ueteris] Y²³ ueteri Y; fiet] YY² dabit Y³. — *expl.:* expet liber crisostomi de naturis animalium Y explicit de natura bestiarum sancti iohannis constantinobolitane untistinie liber conscriptus deo gratias amen (add. de pigmentis nardi spicatae) YY².